


Rath 935.

2031

CROATIA
REDIVIVA;
REGNANTE
LEOPOLDo MAGNO
CÆSARE,
DEDUCTA
AB
EQ. PAVLO RITTER.

Z A G R A B I A.

H. 428. INSIGNIA
Veteris ILLYRICI Imperii.



Candida juncta Jovi rubeo stat Cynthia campo
Fortunæ & Fidei viva figura meæ. (aptus,
Candidus est animus, Genius quoq; grandibus
Sed varia summā stat mihi sorte bonum.



DIVO
LEOPOLDO
MAGNO
ROMANORVM IMPERATORI
SEMPER AVGVSTO,
IOSEPHO
PORPHIROGENITO,
GERMANIÆ, VNGARIÆ,
BOHEMIÆ
TOTIUSQUE CROATIÆ
REGIBUS
INVICTISSIMIS,
APOSTOLICIS,
GLORIOSISSIMIS;
ARCHIDVCIBUS
AVSTRIÆ
POTENTISSIMIS
SERENISSIMIS,
&c. &c. &c.

ee

regibVs aC DoMinIs sVIIs natVraLlbVs,
benignIs, aVgVIIs, fortibVs, fortVnatIs,

hasCe à proDroMo tabeLLas,

eX VariIs aVtoribVs

festIno, haVD festIVo CaLaMo eXaratas,

praeCantantes DeCenter operaM,

non parCo Labore DeLataM;

ea est

DeCLarans Late noMen,

Deos, sanCtos, arMa, bELLas,

aCta, DeCoreM,

Dotes, Regna, Reges, Leges, Coronas, MetropoLes:

ad haec aMnes, aLpes, Latos agros,

aDes, CoLonos, opes, bona et MaLa,

MoDerna aC antehaC

terra Croata à Deo Magno Cessa;

plè VoVIt

DeVotIlsIMVs VafallVs

eqVes paVLVs rItter.

InCLytIs

totIVs Late VeterIs noVIqVe ILLyriCI
VtrIVsqVe statVs PrInCipibVs, PraLatIs,
PrepositIs, ProCeribVs, ParaCIs, NobILLbVs,
VrbibVs, oppIDIIs, LoCIsqVe
CeLebrloribVs,

EQUES PAVLUS RITTER,

S. P. D.

AMplissimum Illyrici, sive Croatiæ aut Sla-
voniæ nostræ nomen inter assiduas bella-
cium temporum revolutiones diu oppres-
sum, tantum non sepultum, ex, cruentis adhuc
pulveribus resuscitaturus, opus ingens suscep-i,
cui pares mei (ut conjectari par erat) vires haud
existimabam; Vbi totius veteris novique Illyri-
ci universa Regna & Provincias, Urbesq & Op-
pida insigniora, singulorumq Insignia, naturam
Soli, mores & migrationes Gentis, raritates præ-
cipuas, illustrium item Prosapiarum, non mo-
dò in moderno Illyrici solo vigentium, sed &
ex eo olim oriundarum, in quacumq Europæ
plaga commorantium, Stemmata & Genealogi-
as libro speciali compilaturus, in lucem è typis
cum primis producturus eram: Opus senè cùm
rarum,

rarum, tum curiosum & delectabile: quòd non
modò Indigenæ, sed & longè remotæ Orbis Na-
tiones amicis manibus amplectentur, generosis
geniis satisfactoræ. Jàmque (Cœlo piis pro Pa-
tria conatibus favente) primas Operis partes,
quæ Regna, Provincias, Reges Ducesque ac Re-
publicas concernunt, in opus feliciter digessi,
ultimæ apud me manus opera, & Chalcogra-
phorum aliquo studio duntaxat indigas. Verum
cùm ad præmissa mea bina manifesta admodum
pauci postulatam Antenatorum & Familiæ suo-
rum notitiam hactenus suggererint, quo minùs
in sequentibus concepti Operis partibus pro vo-
to pergere potuerim; Idcircò yniversis & sin-
gulis, quibus suprà, suis titulis ornatissimis Do-
minis, Dominis, cujuscunque Statûs, gradûs &
præminentia, Sæcularibus ac Ecclesiasticis (Vr-
bibus item & Oppidis) quorum generoso cor-
di præclara æviterni nominis Fama est, qua nil
in Terris beatius: humanissimè insinuandum du-
xi; quatenus gentilitia sua Insignia, genuinis
coloribus distincta, eorumq; symbola, stemma-
ta, familiæ originem, sedes veteres, migratio-
nes, præclara sui & suorum merita, officia ges-
ta, virtutum monumenta, præsentem statum,
hono-

honores, munia, & quicquid decorum hones-
tumque Orbis conspectui exhibitum & sequi-
turæ in æva posteritati transmissum iri dignum
censem, scriptis authenticis ad me Zagrabia in
Croatia (ubi Opus hoc typis mandatur) mit-
tere velint: in chalco- & typographicas expensas
pro sua generositate subsidium laturi. Quos
clemens DEUS immarcescibili Terræ
& Cœli felicitate æter-
nū beet.

Datum Zagrabiae Die 30 Januarii,
Anno, quo

ConCorDeM

post Longas Magnas CLaDes
pro Dono à CœLo LataM

aCCeDant oMnes

paCeM, De anno sanCto:

ThraCes aD paCeM,

aD paCeM FranCos

Monente, aCCeDant.

MO-


MONITIO AD PRODROMUM.

VAde per immensas circum, mi' Prodrome,
Terras:
Illyricum vasto quā patet Orbe solum.
Hinc juxta, Italiam claventes, iheris Alpes:
Noricum utrumque, penes Rhatiām utramque.
Natales fontes lustraio binominis Istri: *vide.*
Quāque nigrum rapidis in mare fertur aquis.
Adriaco cunctas lustrabis ab aquore terras.
Pontoque, ac gelido Regna reducta freto.
Has, ad quos deceat, tabulas perferto decenter:
Vise Vrbes, Arces, Nobiliumque domos.
Sedulò ubique mone; nobis sua stemmata mittant:
Ut reliquum citius perficiatur opus.
Oppida, quidquid habent memorabile, et arma sigilli.
Huc mihi cum primis suppeditanda, roga.
Hoc opus, ingenti cura, aere, labore paratum,
Grato oculo Mundus cuncta per aera leget.
Vade bonis avibus, dignos reverenter habendo:
Indignique odium non metuendo. Vale.
orbeM paCe Donat Cæsar;
CresCent MoDo regna.

PRO-

J. M. J. PRODROMUS


I N CROATIAM REDIVIVAM



ROATIAE nomen, quā recentiores putant, antiquus est: Regnumque amplioribus olim terminis describatur. Eam alij Chroviātām & Chroatiam, Horvatiam sive Hrvatiam dicendam, scribunt. Nomen à Corvino Messalla Ant. Bonfinius, Foris à Curiati Bulgarorum Duce regioni natum falso autemant. Fr. Glavinitius ab Harvatska fluvio Harvatiæ nuncupationem format; quod fluvij nomen cùm Adjectivum sit, fluvio à gente inditam esse potius credam. sed & hic quod solum irrigat, ignoramus: nisi sit Harvatska amnis exiguis penes Castellum sui nominis, in Croatiæ Interamnensis Comitatu Varasdineni, olin Zagorjensi, territorio Comitum Ratkajanorum oriens, ac in Crapinam defluens. Casp. Peucerus ait, (a) quod ab Occasu Croatiæ (a) Cari gens Heneta progressi paulatim ad ipsam Vrbem regiam enis usque accesserunt populabundi; & tandem obtinuerunt Chron. I.

A

sedem 4.



sedem in ea Illyridis & Pannoniæ parte, quæ olim Liburia vocata, nunc dicitur Croatia. Clarius Constant.

(b) de Porphirogenitus Imper. (b) qui Sarmatas Belochro-
Rausio, batos, id est *Albos*, sive magnos, aut terram multam
Cap. 30. possidentes, appellat; & ex his generationem vnam,
nempè quinque fratres Clucam, Lobellum, Cosentzem,
Muchlonem & Chrobatum, duasque sorores Tugam &
Bugam, sub principe Porge Patre in Dalmatiam venisse,
describit; ubi Abares incolas invenientes, bello per annos aliquot gesto vicerunt Chrobati: Abarumque partem
occiderunt, cæteros parere sibi coegerunt: atque ab illo
tempore à Chrobatis possessa nomen etiam Croatiae accep-
pit. Animadvertisit in hac Porphirogeniti sententia

(c) de Joan. Lucius (c) Chrobatos Græcè Hrovatos expri-
Reg. Dal. mi, qui Slavè Hrvati indigetantur; ubi Græci more
et Cr. lib. solito asperitatem pronunciationis vitaturi o inter-
z. cap. 22. jecere, atque b illorum per ν nostrum effertur; ut cū
Slavorum Hrvati propria prolatione conveniat.
Idem quoquè Albos Chrobatos ex Beli & magnos
ex veli aptè deducit: cū beli slavè albos, & veli
magnos significet. Quod ipsum antè fatus Impera-

(d) cap. tor probè explicat, dum (d) subdit; Magna autem
31. infine. Chroatia, quæ etiam Alba appellabatur. & (e) magna
(e) cap. Chroatia Baptismi expers, & Alba quoque nuncupata.
82.

Sic magnos Hrvatos, vel magnam Hrvatiam pro
Sarmatia, quæ amplissima est regio, rectè verbum
veli slavum Græcè appropriando, terras multas pos-
sidere Chrobatos Sarmatas intelligendum tradit; at-

(f) cap. que ideò (f) præmittit; Chroatii verò tunc habita-
30. bant ultra Bagibarias, ubi nunc sunt Belochrobati. Ba-
gibariæ

gibariæ vocabulum slavum est, Græcè detortum;
quod Babje Gore, quasi vetulæ Montes, quos Car-
patios appellant, innuit. Fortasse autē ijdem Hrvati
Heruli sive Hrli sunt, etiam gens Slava, qui Ana-
stasi Imper. tempore Danubij oras accolentes Li-
burniam & Dalmatiam occuparunt, Romanos Pan-
noniæ incolas diu tribulantes: nam hi cum Gothis
sive Slavis Croatis Presb. Diocleatis in ætate con-
veniunt. & quidem Verli sive Hrli idem significat,
ac Latinis egregii dicuntur. nam & Vidomar sive
Vidomir secundus Verlorum Rex circa eadem tem-
pora in Dalmatiæ Confinijs regnasse perhibetur, qui
S. Maximum cum quadraginta Christianis marty-
rio affecit; & Svevlad tertius illorum Rex, qui Nar-
setem contra Gothos juvit, rebus heroicis clarus,
memoratur; ut Procop. Cæsariensis (g) & Maur.

Orbinus (h) tradunt. quamvis & Crobizos, quos Herodotus (i) Schimnus (k) Strabo (l) & Pro-

delli Sla-
lomæus (m) in Alyisia ponunt, citra Istrum, eos vi. pag.

dem, quinunc Croatæ sunt, fuisse, inficias non eo; 127. &c.

cum (ut (n) Jo. Lucius ait) non videatur impossi- (i) lib. 4.

bile, Slavos aliis nominibus dictos ab antiquo, sicut ultra (k) lib. 7.

Istrum, ita etiam citra habitasse. Antiquius Crova- (l) lib. 5.

torum nomen facit Thomas Archidiaconus Spala- (m) cap. 9.

tensis, qui anno Christi 1200. natus, sexaginta & Reg. Dal.

octo supervixit: ubi (o) Salonaë urbi Illyrica- et Cr lib.

rum Reginæ, captivitatem & destructionem, a To- lib. 2. cap.

tila Gothorum Duce factam, describens ait; Vene- (n) cap. 2.

rant de Pariibus Poloniae, qui Lingones appellabantur, cum Totila septem vel octo Tribus Nobilium. Hi videntes ter- (o) cap. 2. & 7.

ram Croatia aptam sibi fore ad habitandum, quia rari in ea coloni manabant, petierunt & obtinuerunt eam à Duce suo. Croatia est regio montuosa à septentrione adhaeret Dalmatia: hac regio antiquitus vocabatur Curetia, & populi qui nunc dicuntur Croatiae dicebantur Curetes vel Coribantes. Vnde Lucanus.

Illic bellaci confusis gente Curetum,

Quos alit Adriaco tellus circumflua ponto.

Dicebantur verò Curetes, quasi Currentes: quia per montes & sylvas oberrantes, agrestem vitam ducebant: ex asperitate quidem Patriæ naturam trahentes armorum asperitatibus, invasionibus, prædationibus, ferino more gaudebant: bellaces valde & quasi pronibili ducentes se morti exponere, nudos se plerumque hostilibus armis objicunt. Hi apud plures Poetarum de quadam ridicula opinione notantur: etenim quando Luna Ecclipsim paritur, putantes eam à spiritibus corodi, & consumi, omnia aramenta domorum pulsant, quasi per strepitum demonibus credunt Luna succurrere laboranti. vnde Virg. Pulsantes æra Curetes. Permixti ergo populi isti, & facti sunt gens una, vita, moribusque consimiles, unius loquela. At quia Curetes Insulani sunt, Curiæ (quæ vulgo Kurk) Liburniæ adjacentis Insulæ habitatores, à qua toti Croatæ continentí nasci potuisse nomen vix est posibile. quamquam & proxima illi Arbenfis, Scylaci Cariandensi Catarabatis dicta, quam ejusdem Scylacis Interpres Holsteinius Arbatin vocat, ac altera Cratia prope Pharum, omnes Croatæ regno adjacentes, in hujus nomen quod conferat conjectari liceat; cùm autem Croatiam mon-

tuosam

tuosam esse regionem, & Dalmatiæ à septentrione adjacere, dicat idem Archidiaconus, Chroatosque aliæ & Corybantes fuisse dictos afferat: verius à Corbavia provincia, Liburniæ veteris Croatæque modernæ media atque altissima regione, olim Corybantia dicta, Crovatorum nomen observatum es. Se censemendum affirmo. Cui quoquè regioni tum Curiæ five Curetia, & Catarabatis, cùm etiam Croatia, exiguo freto, à Continenti separatae, proximè adjacent, imò prospectui quodammodo subjiciuntur; earumque, & nimirum Curetum, vicinitas cum Poetæ relatione convenit, qui ait;

Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

imo & ipsi Curetibus attributi superius mores in ipsa Corbavia & Croatia passim ad nostram usque ætatem observabantur. Et quidem Corybantes exigua litterarum mutatione à Crovatorum nuncupatione differunt, qui se (ut diximus) Hrvatos, alij & Horvatos appellant, à Græcis Chrobati, à Germanis Korbati, à Latinis Croatæ, Crovates & Chrobates dicti.

Termini porrò Crovatorum Regni à diversis authoribus diversimodè statuuntur. Græci Orientalem Cetinæ, Occidentalem Arsia flumina ponunt. E quibus Porphyrogenitus hæc scripto reliquit. (p) A Zentina fluvio Chrobatia incipit, extenditurque versus mare ad Istriæ usque Confinia, sive Albunum Urbem, versus Montana, aliquatenus etiam supra Istriæ Thema excurrit, versus Tzentina & Chlebna Serbliæ regionem attingit. Subnecit Porphyrogenito

A 3

Lucius

(q) op. cit. Lucius (q) At quia Chlebna ultra Zentinam (sive, lib. 1 c. 13. ut hodiè Cetinam) est; idè subdit, versus Zentinam regionem attingit: ut cognoscatur flumen Cetina in maritima parte Orientalem terminum Croatiae fuisse: in interiori verò Chlebnam quoquè in Croatia inclusam; addu^{la} alterà ejusdem Imp. sententiâ, quâ afferit, quod à Ragusio Zachlumorum Principatus initium habet, & ad Orontium flumen tendit, oraque Maritima Paganis, (id est Croatis non baptizatis) Montana, quæ ad septentrionem Chrobatis, idest baptizatis quæ in fronte Serbiorum contermina est. Græcos sequuntur Latini; communiterq; Occidentalem Croatiae terminum.

(r) Plin. l. 3. c. 13. ad Arsiam fluvium. (r) extendunt, uti ad secundum, sive posteriorem Liburniæ terminum; & Albonam in Croatico solo esse affirmat Jo. Lucius *; priorē quippè ad Formionem amnem fuisse memorat Fuscius Palladius (s); antiquitus ad Timavum & Alpes usque extensum fuisse in tractatu sequenti de Liburnia, docebimus. Patriorum scriptorum, omnium merito antiquissimus Thomas Spalatensis Archidiaconus. (t) hæc Regni Croatiae adscribit fuisse Confinia, Ab Oriente Delmia, ubi Civitas Delmis, in qua est quædam Ecclesia, quam B. Germanus Capuanus Episcopus consecravit, sicut scriptum reperitur in ea. Ab Occidente Carinthia, versus mare usque ad oppidum Stridonis, quod nunc est confinum Dalmatiæ, & Istriæ, ab Aquilone verò ripa Danubii usque ad mare Dalmaticum tota Maronia, & Chulmia Ducatu. Et ritè Croatorum Regnum usque ad ripas Danubii extensum fuisse

(v) op. cit. l. 2. adhuc anno Chr. 838. observavit Jo. Lucius (v) idem. (w) op. cit. l. 2. cap. 2. c. 1. de situ ora illyrica. Episcopus consecravit, sicut scriptum reperitur in ea. Ab Occidente Carinthia, versus mare usque ad oppidum Stridonis, quod nunc est confinum Dalmatiæ, & Istriæ, ab Aquilone verò ripa Danubii usque ad mare Dalmaticum tota Maronia, & Chulmia Ducatu. Et ritè Croatorum Regnum usque ad ripas Danubii extensum fuisse

(x) op. cit. l. 2. adhuc anno Chr. 838. observavit Jo. Lucius (v) idem. (y) A. 884. (z) op. cit. l. 2. cap. 2. c. 1. de situ ora illyrica. Episcopus consecravit, sicut scriptum reperitur in ea. Ab Occidente Carinthia, versus mare usque ad oppidum Stridonis, quod nunc est confinum Dalmatiæ, & Istriæ, ab Aquilone verò ripa Danubii usque ad mare Dalmaticum tota Maronia, & Chulmia Ducatu. Et ritè Croatorum Regnum usque ad ripas Danubii extensum fuisse

idemque à sœpafato Imp. Porphirogentio fidieli memoria traditum est; qui Turcis (nunc Ungaris) confines describens (x) ait; Ad Orientem Bul-

(x) Cap. 30. gari, separante eos Istro, qui & Danubius ad septentrio-

nem Patzi (hodiè Poloni) ad Occidentem Franci (Germani) ad Meridiem Chrobati. A Chrobatis namq; (ut idem prosequitur) qui in Dalmatiam venierunt, pars fecerit & Illyricum tenuit, atque Pannoniam. Pannonia quoquè Croatiae olim nomine tenebatur; Branslavonem quippè ejus partis Regni Croatorum fuisse Ducem, quæ inter Savum & Dravum sita est, Annales Francorum Fuldenes referunt

(y) & Jo. Lucius (z) commemorat. Croatos quoque fuisse qui Saviam occuparunt ex Porphirogenito & Cedreno constare, idem (a) afferit. & alibi (b) Savia & ager Sirmiensis à Slavis Croatiae occupata, Slavonia vocatur. Superiorem item Pannoniæ partem AEnaes Sylvius, qui dcinde Pius Pont. & Steph.

Broderich Slavoniæ sive Croatiae accenlent. Aventinus præterea (c) fidem facit; quod Slavi trajecto Danubio Justiniani I. Imper. tempore, occuparunt Dalmatiam, Liburniam, Pannoniam & partem Norici, quæ etimum Slavonia dicitur. Nam & Turcæ nuper dum in modernæ Ungariæ posselsu fuisserint, cis-Danubianam Croatensem sive Croaticam, & populos Croatinos (Hrvatjani) appellabant. Sed & trans Danubium amplissimis terminis Croatorum Regnū extendebarunt, ut ex superiùs narratis Prophirogeniti verbis constat; qui ulteriùs (d) scribit; Chro-

(d) cap. 31. bati, qui Dalmatia partes incolunt, à Chrobatis Albis Bab-

Baptismo expertibus, originem ducunt, qui ultra Turciam propè Franciam, habitant, & Sclavis contermini sunt non baptizatis, Serblis, qui Chrobati dicuntur, lin.
 (e) cap. qua Sclovorum, id est terram multam possidentes. & (e)
 30. Ceteri vero Chrobati versus Franciam commorabantur,
 & appellabantur hodiè Belochrobati, sive Chrobati Albi proprio Principi subjecti. Parent autem Othoni magno Regi Francie, quæ & Saxonia, Baptismiq; expertes, affinitatem cum Turcis, & amicitiam contrahunt. His ad
 (f) op. cit. dit Jo. Lucius (f) Slavos Francis in Germania à lib. 1. c. Septentrione, in Illyrico vero ab Oriente conterminos fuisse. ejusdemque ritè opinionis est de Sclavis Orientibus, qui Longobardis proximi, Foro julienisque eorum Ducatui contermini erant, qui nomine Carnuntum sive
 (g) Paul. Carantanorum (g) nuncupati; nunc autem in Carnos, Diac. Stirios & Charinthios distincti sunt, quos subditos fuisse Francorum Imperio, Lazius (h) tradit: Et quidem
 (h) migr. Istriam, hodiè Schlawontiam dictam, Aeneas Silvius (i) gentium. quod veteres Italia tradiderunt, redarguit, inquiens;
 (i) Hi- Inconvenienter Italiae jungitur Adriatico sinu disjecta,
 stor. Eu- & in peninsula modum circundata mari, qua continentii
 rop. Cap. applicatur à tergo. Plinius Istriam adhærere Liburni adi-
 28. xit. Ex quo palam fit, Croatinos Liburnorum loco succe-
 dere. & paulo inferius; Istri hodiè Schlavi sunt, quæ
 vis maritima urbes Italico sermone utuntur, utrinque
 lingua peritiam habentes. Idem de Carnis & Japidibus
 (k) ib. (k) sic ait; Carni inter quos Japides enumerantur,
 Cap. 19. Istros sequuntur. Schlavi tamen, quorum sermo regionem
 (l) cap. obtinet. In Carinthia, quæ regio Carnis applicatur
 20. & Megi- (codem Pontif. (l) teste) quoties novus Princeps rei-
 ser. pub-

publicæ gubernationem init, in ipsa functione sermone Schlawonico (sunt enim & ipsi Carinthiani Schlawna) in- clamat. Sed et Lindevitus Pannoniæ Saviæ Dux, Carnioliam (inquit Schönleben) et Carinthiam, per- vasit suæque adjecti ditioni. Quod ipsum Adelmus (m) innuit, ubi de tribus, contra Lindevitum Im- peratoris exercitibus de Italia in Pannoniam mis- sis, enarrat; quod unus in Alpium Noricarum transitu, hostium manu resistente, prohibebatur; et alter, medius, qui per Carantanos intrabat, in tribus locis hostes sibi re- sistentes superaverit. Ac post Lindevitum, Carantani et Carniola Ducem Fratissavum, sive potius Brazlavum, intra Dravum et Savum dominantem, fuisse, refert (n) idem Schenleb. Quemadmodū et hunc Brazla- vum, sive Brazlawonem filium aut nepotem fuisse Brino- nis, credibile esse, (o) putat; qui Vindorum sive Sla- vorum Marcham possidebat: ita ut parti Styriae, Cha- rinthie et Carniola dominaretur. Nam et in Stiria Ir- bium populi plerumque Teutones Schlavi (p). In hac Provincia Adriaticas Illyrici regiones aggrediens Ostrivoj Slavorū Princeps (à quo continua Croa- torum Regum series apud Diocleatem, Orbinum, Marulum, & Freschortum legitur) edificavit oppi- dum Slovenograd, aliis Sloveni gradetz (*) Germanicè Windischgratz, Latinè Slavigracium nominatum. Ipsa etiam regionis princeps Vrbs vetus nomen à Slavis acceptum, in hodiernum diem florens con- servat, Gradetz vel Gradetz & Gratz, cœteris et- iam linguis commune nisi quod recétores pro Gra- tia & Gratia, Gracium scribere conveverint. Au- striam præterea Illyricanæ Provinciæ regionem Jo- B an.

* Ann.
 Carn.
 Par. II.
 ab A. 820
 ad 823.

(m) ad
 An: 820.

(n) ib. ad
 an. 884.
 & 888 ex
 An. fund.

(o) ib.
 pag. 422.
 & 425.

(p) & Eu.
 silv. cap.
 21.

(*) Jac.
 Luccar.
 Annal.
 Ragus.
 lib. 1.

(q) in an. Tomkus Marnjavitus, Episc. Bosnen. (q) ritè
prefat. appellat; que quamvis Germanicis moribus, sermoniq
Regia Sā- jam populariter assueverit, nihilominus tamen, ut alia à
dit: Illyr. Germania, tellus, prærogativa suffragiorum, in Sacri
Nobil. ad Fera. IV. Rom. Imperii Comitū ferendorum, omnibus Germanicis
Reg. A- Provinciis communi, abdicitur perpetuo, suæque prisca
post. juncta manet Illyrica origini. Septentrionales verò sive
Albi aut Magni Chrobatii sunt Slavi Vandali & quos
in Venedicos & Sarmaticos distinguit Georg. Hor-

(r) in A- nius (r); & Venedicos denuò in Bohemos, Mo-
roa Noë. ravos & Sorabos; hos iterum in Pomeranos, Mech-
lenburgenses, Marchios, Lusatias, Misnios, Anhal-
dinos; cùm Sarmaticos in Russiam, Poloniā & Li-
tuaniā; de quibus omnibus suis locis uberior no-
bis sermo erit. Nam & circa A. Chr. 550. (Ge-

(s) Bohē: org. Bertold. Pontanus (s) scribit 645.) Chroatæ
gens Illyrica, Cseho, Leho & Russo fratribus Duci-
bus ex Croatia Interamnia, & loco eorum præci-
puo Arce Crapina progressi, in Septentrionalibus
à Danubio partibus, tria Regna florentissima, sibi
cognominia fundaverunt; videlicet Cehos, sive
Bohemos, Lehos, alias Polonos & Russos. ut de Ce-
ho Bohemorum fundatore aptè applaudit Martinus
Cuthenus; (t)

gumque Illyrico profugus primum dat jura Bohemis
Boh. gestis Cechius; hinc nomen gens trahit illa suum.

(v) Duces & Casparus Cropacius; (v)
C Reg. Facta cæde domi, metuens causeque sibique
Boh. Zechius Illyrico transfuga cedit agro.
Et procul à Patria peregrinis querit in oris,

Cum sociis sedes spe meliore novas.

Longum

Longum iter emensus, tandem quibus undique cin-
Hercinios saltus, terra Bohema subit. (ta es.
Fructiferos inibi colles, et amana vireta
Cernens, non uno, pascua lata, loco.
Tum vitreos fontes, et plenos piscibus amnes,
Arvaque culturâ fertiliora novâ.
Hunc sibi præ reliquis habitandum deligit orbem,
Indigenas poscens in sua vota Deos.
Dent aditus latos, Regnig, exordia firment:
Hinc Ducis illius gens ea nomen habet.

Ne commemorem Svevladum Regem, qui ipse
Boſna, Valachia, usque ad Polonia fines, et Dalmatia
Croatiae imperavit, ut ex vetustissimo Commentari-
olo (x) traducit Mav. Marulus Patricius Spalaten.

Orientales item Croatiae termini longè ampliores
sunt, quām quos recentiores Geographi ei descri-
bunt. Tillurū amnem, vulgo Cetinam, Porphyroge-
nit, assignat; Hlevnam tamen regionem, quæ trans

flumē Cetinæ est, Croatiae includit: ut superiùs di-
ximus Eum sequuntur Pau. Jovius (y), Mau. Or-

binus, Jac. Luccarus & alij, qui Narentanorum re-
gnū à Croatico proprio dividunt, Serblos-
que à Croatis separant: ob Imperium Orientale &
Occidentale, quibus partes aliquo tempore sube-
rant, & Regnum deinde in Croatia propriè &
Serbliam propriè divisum extitit. Cæterū non
modò Narentani (ut in sequentibus demonstrabi-
mus) Slava Croataque natio sunt, verū etiam
ipsi Bosnij & Serblii. Ut ex suprà relata Porphiro-
geniti sententia satis liquet; Chrobari qui Dalmatiae
partes incolunt, à Chrobatis Albis originem ducunt &c.

(x) de
Regū Dal-
m. & Cro.
gestis.

(y) lib. 10

& Slavis contermini sunt, Serblis, qui Chrobati dicuntur. Idem sentit Europalates, qui (z) ait; Ser-
(z) ad An. 1074.
vorum gens, quos etiam Croatas vocant. & Zonaras;
(a) lib. 2. gens Chrobatorum, quos nonnulli Serbios vocant. Blon-
dus Item (a); Rascia & Bosna pro Regni Croatia Re-
(b) lib. 4. gionibus habentur. Idem (b) Chron. Charion. &
alij mediæ ætatis scriptores affirmant. Hertzegovi-
nam item (quæ vetus Chudvergia Orbino) & u-
tramque Zentam (olim Labeates) Diocleas, Alba-
niam Luccarus, Slavoniæ accensent; hic enim Al-
baniæ mentionem faciens (c) ait; Dolcigno, Smok-
viza & Zarnagora, poste nell'estrema parte di Slavonia.
(c) Añal: Rag. lib. 3
(d) inno-
tis ad hi-
stor. Diocl
ad fin.
(e) The-
sau. ling.
Illyr.
Joan. Lucius (d) Epirum quoque reliquaque lo-
ca Slavi quod possederint, non negat. Thessalonicā
etiam, Pellam, Pheras, Andram, Philippus & He-
racleam P. Jac. Micalia è Soc. JESU, Croatiae sive
Slavoniæ (e) attribuit. Et quidem Bjelobardo,
& Bjelazora inter Plinii historias celebratae Mace-
donum Civitates majoris linguae & potentiae Cro-
torum antiquitatis perhibent testimonia. Quin &
posterioribus annis Nemanichii Reges Macedonia, Epirum, Græciam, Romaniam & Bulgaria suu Imperio subjectas tenuere. Unde Stephanus IV. Rex, Dufcianus sive Misericors dictus, Imperatorio Romanorum & Serbiorum, sive Serbia, Grecie & Bulgaria, titulo usus, Rascia & Bulgaria Reges constitue-
bat. ut tradunt Mau. Oribinus (f); Jac. Luccarus Georg Hornius & Casim. Freschottus.

His itaque certa fide dignorum Scriptorum autoritate comprobatis, de Intulis Adriatici sinus, Croatiae proprijs, nullum superest dubium; quæ cū

Libur-

Liburniæ antè fuerint, (g); & Liburniæ nomen (g) Dan-
in Creatiam transferit (h); huic merito accensem-
tur. Olim quippè Croatorum Regibus subditæ tri-
batariæ fuerunt (i). Scribit enim Porphyrog. * his verbis; Ex quo vero dicti jam Sclavi inhabitarunt &c.
finitima Dalmatia, omnia tenuerunt, Vrbesque Romanorū * Cap. 30.
Insulas colebant, ex iisque vivebant, at cum quotidie à (i) Jo.
Paganis captivi abducerentur, perderenturque, illas de- Luc. op.
seruerunt, continentem colere volentes, verum à Crobatis cit. lib. 2.
prohibebantur, cum nondum illis tributa penderent, ve- cap. 2. 5.
rūm ea qua hodie pendunt, Praetori suo exhibebant; sed cū c. 9.
vitam tollare non possent, ad Basilium Vener. Impera-
torem accesserunt, eumque res à nobis commemoratas edo-
cuerunt, iisque anctor fuit, ut que Praetori solvebant, ea
Sclavis darent pacis causa & Praetori exiguum quid pen-
derent ad ostendendam dum taxat Rom. Imp. illisque debita-
bitam subjectionem ac servitutem: atque ex illo tempore
omnes istæ Vrbes Sclavorum tributariae, paœta solvunt,
Apsalathus quidem sol. C.C. Tetracura C. Diadora CX.
Apsara C. Arbe C. Belca C. ita ut universum essent lib. DCCX. excepto vino & ceteris speciebus diversis, quas
preter pecuniam exhibebant. Et Cresimirus Croatorū Rex Adriaticum Mare suæ appropriabat jurisdic-
tioni, ut constat ex ejusdem privilegio, apud Jo. Lu-
cium (k) citato; ac B. Petrus Damianus, ejusdem (k) de
Regis contemporaneus scriptum reliquit; Absarcenses Dal- Reg. Dal.
matas, uii Regi Slavo subditos, Slavonici Regni partem Cr. l.
esse (l). Idem de aliis affirmat sœpè fatus Archidia- 2. c. 3.
conus, (m) qui ait; Inferior Dalmatia habuit Epis- (l) idlib.
copatus suos, more antiquo sua Metropoli Salonitanæ Ec- 2. cap. 11.
clesiæ subditos, videlicet ab Apsarenſi Episcopatu usque ad (m) cap.
15. Tragu-

Traguriensem Vegliensis, Absarensis, & Arbensis Episcopatus habuerunt Parochias suas in Insulis suis &c. Omnes enim Civitates prædictæ ad Regnum Croatiae pertinebant. Uroscius quoque Rassiae Rex hoc titulo utebatur *, Vroscius Rex Rassiae & Diocleæ, Albania, Bulgaria ac totius Maritima, de Culfo Adriae à Mari, usque ad flumen Danubii magni. Crescebant namque indies Croatorum vires, (inquit (n) Jo. Lucius) et debilitatis Dalmatarum rebus, una cum Narentanis Maris Adriatici dominium usurparant; qui et Venetos intra suas paludes, molestasse, ab eorum Chronistis & vulgaris scriptoribus memorantur. Hinc est quod Veneti per multos annos, ut tutò oram Dalmaticam sui negotiatores navigarent, tributum Chroatis mittebant; ut Dandulus et Sabellicus Veneti Scriptores prodiderunt, ac Orbimus aliique commemorant. Ingens namque olim fuit Croatorum potentia, ut ex Porphirogeniti relatione videre est: qui (o) ait; Baptizate verò Crobatia Urbes habitata ista sunt; Nona, Beligradum, Belitzin, Scordona, Chlebena, Stolpum, Tenen, Cori, Claboca, exhibetq. Equitum LX. peditum C. millia, & Sagenas LXXX. Conduras C. quarum illæ XL. viros habent, ha XX. nempe que majores, nam minores tantum X. atque hæc quidem potentia ejus et copia fuerunt usque ad Principatum Cresemere. Si hæc baptizatæ & Maritimæ tantum (ut ex Civitatum nominibus dico) quanta non fuit, unitis non baptizata Croatia Maritima, Mediterranea & Interamnia? de quibus duabus posterioribus Porphir. non facit mentionem. At & Vngaricæ, in Croatia, Monarchiæ tempore, omnes Liburnici Maris Insulæ ad

Croatia-

(*)
Maur.
Orbin.
Regno
delli Slavi
(n) lib. 2.
cap. 2.

(o) cap. 32

Croatæ Regnum pertinebant; cùm et ultimas penè illus freti, Corcyram, Tortam, Stedram, Lefinam Islam & Bratiā, per Ladislavum five Vladislavum Hungar. et Neapol. Regem, A. 1405. Hervojæ Duci venditas, post hujus obitum Barbara Sigismundi Imp. et Regis uxor, nomine sacræ Coronæ, tenuit; come cosa (ut inquit (p) Jac. Luccar.) ch' insieme con molte citta, è scagli di Dalmatia apparteneva al Regno d' Vngaria & mox infrà; come quelle, ch' erano unite con la corona: ne senza consenso di Racos si potevano alienare.

Ne quis verò Croatos à Slavis aut Illyriis aliam existimet esse nationem, hic monitum iri voluimus. Croatos nempè tam inter se quam à Dalmatis Slavorum nomine nuncupatos in scripturis antiquis reperitur; In Privilegiis autem tantum se Duces et Reges Coatorum non Sclavorum nominarunt, ut Lucius (q) refert; Imò Croatia à vicinis Dalmatis & Vngar. Sclavonia nuncupata est ait (r). Sed nec Croatianum, verū & Servii illius (s) Slavi erant. Croatiae & Serviam Slavonicas regiones (t) vocat. Nam & Serviam antiquo vocabulo Dalmatiā vocatam fuisse (v) vult Georgius Barakovich opus suum (x) de Croatia sub Slovinicę Musæ nomine, egregio versu concinnatum, edidit; omnesque superiū dictæ gentes vernaculam suam linguam generaliter slavam, vel Slovinicam, id est Illyricam nuncupat, cuius usum communem habent. ut Croatiae proprii, nas Her- vatski alii slovinski jezik: id est; nostra Croatia five Slavonica lingua. Carnioli, nas krajnski inu slovenski jezik; nostra Carniolica et slavonica lingua; Sic cæteræ.

(q) de Reg Dal. &

Cr. l. 2 c.

15.

(r) l. 4. c.

3. l. 6. c. 4

(s) ibid.

Cap. 11.

(t) ib. l. 4

c. 3.

(v) ad not

Diocl. n.

25.

(x) vila

slovinki-

nja.

teræ. Quos enim Græci & Latini Illyrios, ipsi se
Slavos & Slovinos nuncupabant. Unde apud noñulos tota Ctoatia Slavoniæ nomine tenetur; apud nationales etiam Macedonia. Hinc Rogerius, Belam IV. Regem Ung. à Tattaris pulsum in Slavonia moratum fuisse narrat; quæ Croatia nostra Mediterranea (ubi Modrusam & Bihigon Oppida muro texit) ac Maritima, in qua ad profligationem Barbarorum se conservavit, intelligenda est. Hornius item in *Slavonica Illyrica Dalmatiam, Bulgariam, Croatiam, Albaniam*, recenset: ac P. Micalia tam titulum, *Blago jezika slovenskoga*, id est, *Thesaurus Lingua Illyrica*, Lexico suo Illyrico Italico Latino inscribit, quām in ejus Abcedaria serie sub littera *H.* docet;

Hriyat, Hervat; Croato; Illyricus, ci. Croata, æ.
Hrivačja, Hrvatska zemglja; Croatia: Illyris, idis.
Illyricum, ci. Croatia, æ.

& in serie litteræ *S.*

Slovinaç, Dalmatin; slarone, Dalmatino; Illyricus, ci.
Dalmata, æ.

Slovinska zemglja: slaronia Dalmatia: Illyricum, ci.
Dalmatia, æ. Macedonia, æ. &c.

Non mirari non possum hic, meritis conjecturis impensum, Joan. Lucium nostrum; nisi & ipsius Opera, suggestis novis editionibus, depravata, uictoris sensum posthomo fato immutauint; Vbi Diocleatis & Maruli de Regibus Croatiarum Commentaria, ex antiquissimis codicibus, lingua vernacula conscriptis, in latinam translata, non nihil carpat, & quædam in dubiam fidem vocet; Quod Narentanos, eandem cum Croatias nationem fuisse, ambigat: Et Tragurium, Patriam suam, nec non

Spala-

Spalatum & Jadram, Civitates Maritimæ Croatiæ adimit: eas Dalmatiæ, quasi alienæ regioni, aut alteri genti, appropriaturus. Primum eo argumento fundare supponitur; Quod patria illa commentaria cum Giæcorum Francorumque notis, in rerum actarum tempore, ac Regum nominibus, per omnia non convenient. In secundo haeret; quod specialiter Paganiam describens Porphirogenitus, eandem versus Croatiam baptizatam Cetina fluvio terminari adscriperit. Et tertium; quod in Civitatibus illis Latinorum et Romanorum reliquæ se conservaverint, illorumque lingua adhuc uterentur, et Dalmaticum nomen, Provinciæ à Romanis inditum, conservent. Ad hæc (pace ejusdem Lucij) ex ipsis vulgatis *de Regno Dalmatiae et Croatiae exemplaribus quædam perpendenda opponam. Et quidem ad*

Primum. Ex ipsis, *de Regno Dalmatiae & Croatiae* nomine, auctore Jo. Lucio vulgatis exemplarib^(y) legitur. *Duces Croatorum detracto Francorum jugo, cum nullum superiorem cognovisse reperiantur,* à suis Croatis Reges nuncupatos, eos, qui universam Regionem possederunt, quam, sub eorundem Francorum quoque Imperio, Regnum Croatorum dictam, ex privilegio Terpimiri & Annalibus Francorum constat. At quamvis Cresimirum majorem in primo privilegio Regem non vocet Petrus, prout in secundo Patrem & Avum: satis est, quod Cresimiro filio Regi præpositus, Cresimirus major, subintellecto Regio nomine

C

mine



mine, appelletur. Cresimirum eundem majorem, eoque antiquiores Reges fuisse, dignoscitur ex sensu antiqui registri Privil. monacorum Sancti Chrysogoni Jadren. Anno Dominice Incarnationis 1067. conscripti, quæ sunt; Hanc ipsam denique terram his ipsis terminis terminatam, sine infestatione quorumlibet hominum servis Dei perpetuo possidendam, hoc modo antiquitus in nostro iam dicto Monasterio ferunt fuisse datam, quod Rex quidam Croatorum veniens votum reddere Deo, ad Ecclesiam prefatam petentibus servis Dei pro suo remedio anime donnavit eam; quod factum pronepos ejus, predictus Rex nostris quoque stabilivit diebus. quod clare innuit Cresimirum majorem fuisse Regem, et li quidam, ipsum ex pluribus anterioribus aliquem subintelligit. Quod verò Dircislavum primum titulum Regium ab Imperatore Constantinop. consecutum, argui posse, ex Archidiaco-
(7) cap.
23.

ni verbis, asserat: illius verba ad proprium, nō autori sensum interpretatur. vbinamq; Archidiaco-
(*) Ar-
chid. ibid.

nus (z) dicit; ab isto Dircislavo ceteri Reges Dalmatiæ et Croatiae appellati sunt; id est Croatiae, et Dalmatiæ Roman. uti Provinciae titulo assumto, fors coepit Dircislavus; cùm anteriores eo Reges solo Croatiae vel Croatorum Regio titulo contenti fuissent; quin & post ipsum Cresimirus Patritius et Croatorum Rex tantum scribi et nuncupari voluit. tum etiam quod primus Dircislavus, & ab eo ceteri successores ejus Reges, recipiebant Regiae dignitatis insignia ab Imperatoribus Constantinop. & dicebatur eo-

cessione sue originis patrum et proavorum dominium Regni Dalmatiæ & Croatiae. Primò enim (a) subacta Bulgaria, Imperatori se dedidit contermina Chrobato-
A. 1029.

rum gens & ejus Principes fratres duo, quibus Imperator honores, ac opes amplas tribuit, solus adhuc Imperium detrectabat Sermo, Sermii Dominus, Nestongi fra-
(b)

ter. Francorum quidem in Occidentali Croato-
Eginh.

rum Regni parte imperium vetustius erat: Caro-
(c)

lus enim, Magnus appellatus, circa An. Chr: 800, (b) in utramque Pannoniam & in altera Danubii parte Daciam, Histriam & Liburniam atq; Dalmatiam, exceptis maritimis Civitatibus, dominium extenderat;
(c) Testa.
Car. M.

quod tamen posteris suis tenendum neque testa-
(d) Joan.

mento reliquit: qui Ludovico Galliam, Carolo Germaniam, Pipino Italiam (c) legavit: de Dalmatia ne verbum quidem, sed neque Pannonias nominat
(d)

(d). Quod Francorum in Croatia Occidentali sive Alba imperium breve fuisse probat etiam Porphi-
(e) cap.

rog. Imp. qui (e) ait; Ad aliquot verò annos Dalmatia Chrobati Francis subiciebantur, quemadmodum & ante in ipsorum terra; tanta autem crudelitate utebā-
(f) cap.

tur Franci, ut lactantes adhuc pueros occidentes, ca-
(g) cap.

nibus objicerent, quae res cùm intolerabilis Chrobatis es-
(h) cap.

set, facto dissidio, Principes, quos ex ipsis habebant, in-
(i) cap.

teremerunt, unde magnus contra eos exercitus movit è Francia, & post septem annorum bellum, agrè tandem superiores facti Chrobati, omnes Francos, eorumq; Prin-
(j) cap.

cipem Cotzilin è medio sustulerunt, & exinde liberi ac sui juris, sacram baptismam à pontifice Romano petierunt missisque Episcopi ipsis baptizarunt, Principatum tenen-
(k) Jo.
Luci. ibid.

te Porino, sive Borna. Quos tamen Liburniæ Cro-
 atos Procopius propriè (f), haud Francorum sub-
 Goth. l. 2. potestate fuisse testis est. Primis quippe temporis
 (g) Per- bus, iidem hi nostri Chrobatii, (g) qui Illyricum Pa-
 phir. ibid. noniamq; tenuerunt, habebant & ipsi Principem supre-
 mum, qui ad Chrobatia veteristantur Principem (id ē
 Francorum Imperatorem) amicitia ergo, legationem
 mittebat. Habuit igitur Croatia proprios Princi-
 pes & Reges, continua procul dubio serie post
 (h) Jo. Ostrivojum; in qua non satis adimpta, scripto-
 Lucu. op. rum defectus causandus est. Terrestres enim (h)
 cit. l. 2. et cap. 1. Croatorum res gestæ à nullo Latinorum scriptorum tra-
 duntur, & à Gracis quadam exilia. Ipsi autem Cro-
 vati, ut armis semper plurimum, ita minimum litteris dediti fuere. sicuti apparet ex Contractu Fr.
 Gregorii Episcopi Tragurien. cum Communitate
 loci illius celebrato, recentioribus saeculis, vide-
 licet A. D. 1280. in quo ex undecim Canonicis
 pro consensu & testimonio ibi existentibus qua-
 tuor aliena manu, de scripturæ nescitia, subscrip-
 (i) Idem Memorie di Tran lib. 3. c. 7. pag. 139. tos se fatentur (i). Si hæc in regione Croatia maritima, ut magis culta, in Civitate Dalmatica & à Romanis Joanni Lucio habitata, atque inter Clerū Scripturæ sacræ dogmata docentē, quæ non inter vasta montium juga litterarum apud Slavos Romanarum ignorantia? Sic, ut in tempore ab exteris, de rebus Croatia, non bene observato, ita etiam in nominibus apud Græcos & Latinos scriptores exoticis, error tanto facilis accidere potuit, quo minus, ad illa describenda, horum

pau-

paucitas litterarum sufficiat. Quia insuper (k) Græ. (k) Jo.
 ci Slava nomina sapè vel mutarunt, vel alia iisdem ad Luci. l. 2.
 diderunt; ut de Cresimiro, dicto Petro, & Zronimiro cap. 8.
 dicto Demetrio, ex eorum Privilegiis, & de Servia Prin-
 cipe Bojislabo ex Cedreno constat; eosdemque Græcos (l) id in
 (l) inflexione sua Vroscium, Velsin & Bolusen nominasse notis ad
 qui etiam (m) Volcus dicunt, quod Slavi Vuk, Vuk- Dioc. n. 27
 san, Vukas: ac quem Regem Dobroslavum Diocleas, Ce- (m) idē
 drenus Græco more Stephanum, Europolata Vladislavum ib. n. 26.
 vocavit. Eodem etiam modo Veneti Scriptores in
 Slavicorum nominum proprietate discrepant; Du-
 cem enim sive Regem Mislaum, Veneti Mium vocant, (n) id. l.
 ab Archidiacono Tamislavum (n) dictum. Atque (n) id. l.
 1. c. 1. ideo, quod Slava sive Illyrica nomina cum relatis à
 Niceta, aut altero quopiam Græco, Franconiove,
 aut Italo scriptore non convenient (o), propriâ sen-
 tentiâ, non est, quod miretur Lucius. Nec mi-
 rū, quod Slavis inimicæ, ab ijs oppressæ aut ve-
 xatæ nationes, uti Græci, supremos illorum Prin-
 cipes regio titulo non honorant: & vel maximè
 apud quas eo jàm tempore à CPolitanis Impp.
 aut à Romanis Pontificibus Coronam & insignia
 regalia accipere consuetum extitit. Hinc alii Du-
 ces, alii Princes Croatorum vocant. uti Porphi-
 rogenitus Cresemerem Principem appellat, qui
 se tamen Regem Croatorum scribebat, ut ex ejus
 Privilegiis satis constat: eosque à suis Croatis Reges
 nuncupatos, & Regionem, quam sub eorundem Fran- (p) de reg
 corum quoque Imperio, possederunt, Regnum Croatorum no Dal. ee
 dictam, idem Lucius (p) observavit. Quin & Fran- Cr. l. 2. 6.
 corum 8.

corum Imperatorem alibi Regem, Principem alibi Porphyrog. nuncupat. Idem tamen Croatorum Reges alios Duces & Principes sub se habebant.

(q) id ib. Regnum quippe Croatorum (q) Danubium usque protensum fuisse, ex privilegio Tirpimiri Ducis constat, cuius Regni partem inter Dravum, & Savum sitam, Branlavonem Duce in potestate habuisse tempore eodem, quo Mucimirus erat Dux Meridionalis Croatiae, ex ejusdem privilegio patet; quem ipsum Tirpimirum Diocleas & Archidiac. probè Regem appellant: horumque in reliquos Croatorum Reges fidem autoritatemque validat Dandulus, his verbis; Mortuo Tirpimiro Rege Croatorum, inter filios Mucinurum & Surignam, cupiditate regnandi orta contentio, scisma magnum generavit; Mucinurius tamen prevalens, plurimis in rebellione positis Regnum obtinuit. Dixi Reges Croatiae, alios Dukes & Principes sub se habuisse; Jupanos quippe (r) Rascia constituebant Reges Croatiae. Et (s) Stephanus Knez Bosne, id est Comes, à Bodino Croatorum Rege constitutus fuisse legitur. Imò Bodinum filium Michaelis, Croatiae Regis, Regem Bulgaris à patre datum, Europolata scripsit, & Jo. Lucius (t) refert.

(t) in ijs. dem not. ad fin. In Narentanorum verò (de quibus suo loco plura) cum Croatis gentilitate ambigere, incongruum erat; cùm, præter superiùs enarrata, Bosnam, Serviam, Chudvergiam, Albaniam & cœteras Narentanorū ditione celebriores ac à Narente flumine longè remotiores Provincias, Slava sive Croatica gente inhabitatas fuisse, supràrelatis autorum

torum testimentiis comprobavimus: & nunc earū colonam esse manifestò habetur, Slav o sive Croato idiomate, sibi nativo, loquentem. Sed & ipsi Contravertenti, (u) Croati & Narentani utrique Slavi sunt; Slavosque pro Croatis summendos esse, dicit. Ita & Veneti, uti etiam Græci scriptores Narentanos nunc slavos, nunc Croatios appellant. Porphyrogenitus quoque Nerentanorum ditionem Paganiam, id est Croatianam non baptizatam vocat. Nam ut Croatiae baptizatæ Civitates (x) recenset, ita de Croatia non baptizata sic (y) scribit; Ab Orontio Pagania incipit, procurrique ad Zetinam flumen. & post; Pagani autem vocantur, quod baptismum non accipissent eo tempore, quo Scslavi omnes baptizati erant. ita enim Sclavorum lingua nuncupantur, quicunque baptismi expertes. Romanorum verò dialecto Regio illa appellatur Arenta & populi Arentani. Eadem Arenta sive Narenta Chulmia regio maritima Tho. Archidiaco (a) est. Narentanorum autem (b) loca Almisani (b) Joan. tenuerunt, qui Caciclos sive Kacichios Protectores, Comites & Duces habuere. Cacichi autem Comites cum aliis Comitibus Croatiae erant (c). Quin & Mucarum (nunc Makarska) in media penè Regione ad litus Maris sita Episcopalis olim Civitas, initio labantis sæculi, secundo nempe lustro, Senonsibus Croatis tributaria fuit: Imperio Turcico subjecta; ut in Patriæ MSS. legitur, recensque hominum memoria vidit. Hinc non satis capio tensum ejusdem Joan. Lucij, ubi (d) ait; Cujus generis census (e) fuerit, quem Croati, & Narentani à navigantibus ex- (f) op: torque- nem,

(u) oper.
cit. lib. 2.
cap. 2.

(x) cap:
31.
(y) c. 30.

(a) c. 36.
(b) Joan.
Luc. op.
cit. l. 2.

c. 5. ad fin.

(c) id. ib.
l. 4. c. 4.

(d) op:
cit. l. 2.
(e) c. 5. ad fin.

torquebant, ex relatis Danduli verbis distingui non posse: ita ex iis, quæ suo loco dicentur de Almisanis, qui loca Narentanorum tenuerant, & Segniensium Croatorum, qui nostris temporibus non minores molestias, Veneti longè majoribus viribus pollutibus, inferre ausi sunt, conjectari poterunt ea, quæ ab auctōribus non traduntur. Ex quibus duo in Lucium animadvertisuntur. Primum; quod censum à navigantibus extortum dicat; quem tamen ipsi Veneti Scriptores tributum, vocant; ut Sabellicus (e), Petri s Justinianus (f), Julius Faroldus (g) & coeteri. Secundum; quod Almisi loca Narentanorum tenuerunt, & Segniensium Croatorum, qui ejus temporibus &c. Primum Lectorum arbitrio pensandum remitto. ad Secundum; Ejus temporibus Almisanorum vetus nomen vix in Urbis ruinis hæsit: at Senonum sive Segniensium Croatorum arma terra marique personabant. Sed hic transcribentis error: legendum & auctor sentiebat; de Almisanis, qui loca Narentanorum tenebant, & Segniensibus Croatis, qui &c. Totam itaque regionem Chulmiam in Croatia cum Archidiacono (h) censem est comprehendendi: quā ipsius Lucii (i) testimonio, à Comitibus Croatis rectam & possessam fuisse, patet: ita & populum eiusdem Regionis Narentanum, alios non habuisse Reges, quam Croatos, & eorum vicarios Principes pro Rectoribus & Judicibus; ut ex Danduli a liorumque historicis traditionibus palam colligatur: Narentanorum aurem nomen à Narentæ flu minis incolatu obtinuerē, quemadmodum & Bos-

(e) lib. 2.
(f) lib. 1.
(g) in an.
Venet.

(h) cap.
13.
(i) op. cit.
L. 4. c. 4.

nii à fluvio Bosna sunt nuncupati, quod ipse (k) recognoscit.

Quo ad verò Civitates memoratas, ei argumen to, ex Porphir. relationibus desumpto inhæret, quod Diocletianus Imperator, valde Dalmatiam amavit, unde etiam populi Romani colonias eo deduxit. & postquam Slavi Romanos déleverunt, eorumque loca tenuerunt, reliqui Romani in ora maritimæ oppidis servati, eaque etiamnum tenent, & sunt ista: Rausium, Aspalathum, Tetranguria, Diodara. * At sicut Mare Dalmaticum dici non poterat, antequam ipsi Dalmatae mare attigissent, quod diu post Romanorum adventum evenisse constat: neque aliquis ex antiquis auctōribus Dalmatici maris mentionē facit, solus Ptolemeus alias ex Insulis Adriaticis, quas ceteri inter Liburnicas ponunt, Dalmaticas nominavit: sic etiam, deletis Romanis & Dalmaticæ Provinciæ nomine sensim cessante, nec Mare Dalmaticum, nec Insulae Dalmaticæ, minus Civitates, in Continenti Croatico sita, Dalmaticæ dicendæ sunt. Et sicut Rausinam Porphyrogeniti Civitatem sua liberalitate Dalmatiae admittit, Slavoniae appropians: ita magis Spalatum & Jadram (Tetraguria minus curata) Slavonicæ earum Croatiae jure bono reliquise debuisset, non ignarus suarum in utroque opere (l) traditionum, ubi revolutis Dalmatiae Civitatum Archivis, inter tot divisorum Croatiae & Ungariae Regum privilegia nec unum reperitur à Græco aut Franconico quopiam Imperatore illis concessum. quin Privilegia Regum Croatorum Cathedrali Ecclesie Traguriensi

(k) Me mor. di Tran. l. 1. Cap. 9.

(*) Jo. Luc. de Reg. D. et C. l. 1. c. 6

(l) Regno D. et Cro. & Memo rie di Tra

concessa, adhuc ante B. joannis Episcopi illius tempora
 (m) l. 2. periisse (m) indolet. Sed eadem ipsæ Dalmati-
 cæ Lucii nostri Civitates tam Croatiæ Regibus,
 eorumq; Vices gerentibus Banis, ac ipsorum sub-
 stutitis Vicebanis anterioribus temporibus pare-
 bant: quām etiam ex Croatica Nobilitate propri-
 os sibi Comites & Protectores semper eligebat.
 ut appareat in præliminari ejusdem operæ, Memorie
Historiche di Tragurio intitulatae: ubi Comitum &
 Protectorum Civitatis Traguriensis deducta serie,
 ab A. C. 1000, usque ad A. 1420 & ulteriùs,
 meri *Croatia*, Regiique *Comites* illi præfuere: quam
 totam seriem 36. tantum annis (id est à 1322, ad
 (n) de Reg 1358.) Veneti Præsides interruperunt. Quod ve-
 D. et Cr. rò (n) Dalmatas à Croatis etiam *Latinos* nominatos re-
 l. 2. c 25, periri asserat: ac ulteriùs (o) dicere præsumat; quod
 (o) in praef lingua Romana moderna, ò *volgare*, non più *Italiana*
 Mem. di. che Dalmatina può dirsi: id à nullo Dalmatarum, sed
 Traiu. nec ab Italo lingua & regionis gnaro facile quis
 audiverit aut legerit. Dalmatae namque ipsi (ser-
 vato hoc veteri Provinciæ Romanorum in Illyrico
 institutæ nomine) licet etiam Ducali Veneto-
 rum à Regali Croatorum jurisdictione separati,
 raro se Dalmatas (taceo Italos aut Romanos) sed
 Slavos & Croatos propriè, vernacualmque Slavā,
 Slovinicam, Croaticam, vo cant Nec ullus est inter
 inumeros gentis hujus, genio ad Musas æquè ap-
 tissimæ ac deditissimæ, qui vernacula secus no-
 minaret; ut suprà memoratus Barakovich Jadren.
 utrumque opus suū (jarulla uresna & *Vila Slovinka*)

Sla-

Slavonicū & Croaticum, Patriamque Croatiam a-
 it: summam, *Vila* primissam, sic ordiens;

Zgo vor, strah i suze, razmirno dreselje,
 Liuben civil i úze i sklađano veselje.
 Slovinke Dexelje, da xrvú slovuchi,
 Iz puniſ me xelje grem svitu pojuchi.

quod Latinè sic efferi potest;

Conditum atq; metum, lacrymas, incommoda belli,
 Dilectos gemitus, vincia & concordiam amorum,
 Illyrici tellus ut vivat nempè sonora,
 Orbe canens compos rotorum pergo meorum.

& in responso ad Presb. Matth. Thomasavitum (p) (p) ib.
 U slozi Harvatiskih, menise tako mni,

pag. 267.

I pismah Slovačkib, dà tebi druga ni.

id latinè sonat; - - - Chrovato carmine, cantu
 Illyricoque, ullum vix tibi credo parem.
 ac ad eundem auctorem Joannes Tonkovich Ca-
 nonic. Sibenicen. sic (q) applaudit;

(q) p. 269

Da pokle livadi i gorre Planinke

Castni glas oſladi tve Vile slovinke,

Spirajuch Zadarske pohvale doslojno

I slave kotarske iſtinom vokolno

Poznasse pokojno Hervatsku čistu kērv.

quod ita interpretatur;

At postquam campos, postquam juga montium obivit
 Illyrica Musæ fama decora tua,

Urbis condignos modulata Jadrensis honores,

Et circum iusto regna Liburna modo;

Sincerum genium gentis novêre Croate. &c.

Sed magis affatim Vincen. Zambon, ad eundem

D 2

Poë-

(r) pag. Poëtam (r) ubi Ragusinam, Spalatensem, Pha-
rensem, Nonensem, Traguriensem & Sibenicen-
sem Slavonicas Musas, sive ab illarum Civibus ea-
tenus edita in lucem poëmata, cum Jadrensi Ba-
rakovitij Musa, in hujus excellentiam comparat;
qui omnes, Romanis Dalmatæ, sui opera Croati-
ca vocant. Ita & Kitte Cvitja razlikova Joan. Joani-
tii, J. V. D. Patricii Brachiensis, ejusdemq; & Pha-
ren. Eccl. Can. & Vic. subscriptibit Ginañus Venet.

(s) ad cal.
eem ejusd
ep.

*Eccoti un Nuovo Apollo
Travestito in humano;
Con Caratteri d'Oro
Merita Honor Soprano:
Con accenti Soavi,*

Degno Heroe può chiamarsi de gli Slavi.

Ex recentioribus quoq; Patriæ scriptoribus & Poë-
tis Vir doctrina pietateque insignis, Joánnes Za-
nottus, itidem J. V. D. & Metropolitanæ Jadren.
Canonicus, Pub. Virgilii AEneidem in vernacu-
lam traducens, *Slavonicam linguam* vocat, Lecto-
réq; hisce verbis alloquitur; *Nemarim svitovnu po-
hvalu, radi cistochje bessida: jere koliko Gradova ù ovoj
kraini jest, mogu riti, da tuliko varsti jezikova ili govo-
renja jest, i svakki svakom zakonom osobito govor, tako
da svj Harvati jesmo, à jedan druggomu svakku bessidu
nerazumimo.* id est; Non curo Mundi laudem, pro ser-
monis elegantia: quippe quotquot in hac regione Civita-
tes sunt, tot, possum dicere, Grammatica dialectos es-
se, & quisque particulari suo modo loquitur: adeò cùm
omnes Croatæ simus, alter tamen alterius omne verbum
non intelligimus.

Nec

Nec aliunde Dalmatiæ, à Rmanis institutæ Provin-
ciæ nomen hoc, quàm à Dulmno Croatiae regione
& olim urbe cognomini, Regiæ Croatorum Coro-
natiois loco (uti suo loco referemus) desumptum
Romani dilatarunt: nec Dalmatiæ Regni titulo a-
lios quàm Croatiae Reges usos comperimus. Jad-
ram vero Ptolom. ut coeteri Geographi, in Libur-
nia statuit, (t) imò inter Liburnicas Insuas etiam (t) l. 2.6.
Traguriam numerat, quas omnes Liburnicas Dan-
dulus Venetus (u) appellat, Croatiaque, inter (u) ad
Macedones & Istros, in Albam & Rubeam dividit. An. 87. p.

In Tabulis etiam Geographici. (v) nomini La-
tino affectatur Lucius; nam, ut in Prima nullius
Dalmatiæ meminit, in Secunda, recentorem à Ti-
tio ad Neronem & in Tertia ad Drinū educit: ita
Quartæ titulum apposuit; *Dalmatia post Imperii de-
declinationem in Croatia, Serviam & Dalmatiam ip-
sam distincta:* ubi (cùm priores tres Illyrico nomi-
ni rectè inscriperit, nec in ipsa Tertia Dalmatiam
per Liburnos extenderit) *Illyricum, non Dalmatia,*
*in Croatia, Serviam & Dalmatiam distinctum as-
scripturus erat.* Tandem in Quinta, *Croatæ Mariti-
me nuncupata, Dalmaticum nomen inter Adriæ
Insulas, à patrio solo exulaturum, relegat.*

Admiratione demum haud dignum est; re-
rum antiquitus in Croatia gestarum memoriā, te-
nuibus membranis aut corruptilibus tabellis in-
scriptam, ad nupera Lucii tempora copiosam non
supermansisse: ubi, quod lapis supra lapidem mā-
serit, mirum! postquam tot infestis, Romanorum

D 3

pri-

17.
(v) de Re.
Dalm. &
Croatæ.

(x) de primūm, diversorum deinde Barbarorum incursi, onibus fatigata, postremūm tribus jām continuis saeculis Turcorum jugo maxima sui parte oppressa igne ferroque evertebatur Croatia! cuius valida quondam Oppida & opulentæ Civitates, vallis, fossis, & Civibus fortissimis munitæ, prostratae adeò sunt & attritæ, ut plurimarum vestigia vix noscantur, non paucarum etiam nomine abolito. Habuit autem (procul dubio) tam Diocleas, quam Archidiaconus manuscripta quædam priscorum Regum rerumque Patriæ monumenta, eaque (ob typorum tunc defectum ac litteratorum pavcitatem, perq; tot temporum injurias) ad manus Lucii non pervenerunt. Nec omnis Regum aut rerum Croatiae in Latinis ipsorum privilegiis, ita oræ maritimæ expeditis, fundatur memoria: quæ in locis illis, utique tutoribus & à populo litteras amante, conservata reperiuntur. alia Croatias suis Mediterraneis vernaculè expedita, cum cæteris Regni & Regum opibus inter tot flamas periisse, censendum est. Reges autem illos Latinæ linguæ vix gnaros, posteriorum etiam Hungaricæ nationis Croatiae Banorum, Bosnæ quoque Regum privilegia, vernaculo sermone & litteris expedita, quæ plura legi, probant.

Quapropter nec Bosnios, nec Serbios, minùs Narentanos aut Croatos Maritos à Croatis æquè separat Lucius: si idem ipsius sensus, qui typo vulgatis in exemplaribus legitur; & nimirum cùm Operi titulum, de Regno Dalmatia & Croatia, non

non Narentiæ in particulari, aut Bosnæ vel Serviæ posuerit. Marulus item tranluptum Commentariolum de Regum Dalmatia & Croatia gestis, non Serviorum aut Narentanorum, intitulat. Sic Presb. Diocleas, Regnum Slavorum, Archidiaconus vero, uti & Diocleas deinde, &c. propriè vocant Croatorum. Et Bosna quidem (si ob Imperii Romani divisionem, Croatia dividi debuisset) minùs quam Serbia Croatiae adimenda fuisset: ut quæ nunquam, & Serbia aliquando Imperium Orientale cognoscebat; cum & hæc Bulgaria contermina Croatorum gensest (y) Cedreni testimonio sufficiente. (y) A. 2019.

Sed ne ulterius Joan. Lucii, erga Italum Romanumve in Dalmatia nomen affectatis nimium conjecturis, diutiùs replicandis, immorer: ne tot (inquam ejusdem (z) assensu) conjecturis Lector jam fessus, tadio opprimatur; illud pro coronide sit; quod * Spalatensis Metropolis, sicuti toti Croatia præerat, & unicum tantum Traguriensem suffraganeum in Dalmatia retinebat, ita obsolescente Dalmatico cognomine, pro Croatia sive Slavonia Archiepiscopatu sumi cœpit. Et, quæ Latinis ac Græcis olim Liburnia & Illyris, Croatia nunc dicitur. Dalmatiaque (a) censebatur cum Croatia una Provincia.

Ex adductis Auctorum, superiùs citatorum sententiis, sub CROATIAE nomine censetur quod triplici Slavoniæ Hornius assignat, & quod Romani olim Illyrico attribuerunt; exceptis hinc Rhætiis, parteq; Norici, illinc Achaja Aegeisq; Insulis; quas & ipsas tamen ob Illyrici (quod pe-

(x) de
Reg. Dal.
& Cr. I.
2. c. 15.

(* ib.
lib. 4. c. 3.

(a) Th.
Arch.
cap. 1.
Jo. Luc.

op. cit. l.
6. c. 4.

cu-

culiare Croatorum nomen est) apud Romanos
habiti, ejusque Linguae, per magnam Asiac & Eu-
ropæ maximam partem diffusæ, amplitudinem de-
clarandam, obiter attingemus: cum propriis ta-
men singularum limitibus, etymo, Insignibus, re-
busque ac magis memorabilibus populi moribus:
fidem in iis probatissimorum Auctorum secuti, in
patriorum defectu.

CROATIAM hanc, variè hactenus ab
exteris & inexpertis divisam, bifariam primum
Danubio ejus flumine partimur; in Septemtrionalem
videlicet ac Meridionalem. Hanc in Albam & Ru-
beam, uti reperimus antè distinctam: medium li-
mitem rectificaturi. Albam dein (in qua nobis plu-
rimum agendum proponimus) in Maritimam, Me-
diterraneam & Interamniam, hactenus ita appellatas,
nec non Alpestram. aliàs Dalmatiam. Croatia
modernam, Sloviniam propriam, & Noricum, sive
Japidiam veterem. Rubeam porrò in Serbiam, Ma-
cedoniam, Bulgariam & Odrysiam. Septemtrionalem
demum in Venedicam, Sarmaticam & Vngaricam si-
gulasque in suas partes, per libros &
capitula distincturi.

His Prodromum absolvo, ut ad scopum
propositum feliliter

aCCeDaM,

Deo, aC Cæsare Meo
faventibus.

ter Magno aC ter sancto Deo
honor.



RITTER. CROATIA REDIVIVA ZAGRAB 1700

